

Φιλόθεος ἑλμΓ', ἡνάρς', ἐναλφίδεσσιν.

Philothemus et ipse Palamita Heracleae Episcopus, anno Christi 1354 renuntiatus fuit Patriarcha in locum dejecti e Sede Callisti, verum post biennium circiter Sedis hujus, rursus Callistus non episcoporum suffragio, a quibus deturbatus fuit, sed propria auctoritate in Sedem, a qua injuste se credebatur, rediit, ut scribit Cantacuzenus. Et hi duo anno, quibus prima vice rexerat Ecclesiam Constantinopolitanam Philothemus, ab auctore hujus catalogi non recensetur; fortassis quod tam Callisto legitimo Patriarcha vivente, intusi potius Patriarchae quae legitimi nomen mereretur, sed utrum res habeat, Philothemus, mortuo Callisto summi anni Christi 1362, ubi in ejus locum sufficitur, seu potius in Sedem restitutus, ut scribit Cantacuzenus lib. IV, cap. 50, quod quidem factum est initio anni sequentis.

Mortuus vero Philothemus anno Christi 1376, cum sedisset annis tredecim et sex mensibus post Callistum.

Hujus autem Patriarchae qui Palamiticae factionis erat plura supersunt scripta, et imprimis Antirret Antirrhethici pro defensione toni Palamitici, quibus mortuum Gregoriam refutare, Cantacuzenus hortante, conatus est. Habentur autem hi Antirrhethici contra Nicephorum Gregoriam in Bibliotheca Regis Christianissimi mss. et a doctissimo Joanne Boivinio passim laudantur in Notis ad Gregoriam: iidem etiam asservantur mss. in Bibliotheca Vaticana, necnon in Bibliotheca Regis catholici.

In Bibliotheca vero serenissimi Bavariae ducis, et in Bibliotheca Regis catholici habentur ejusdem Patriarchae homologiae mss. in Evangelia et Dominicae totius anni, et aliae ex sancto Joanne Chrysostomo potissimum desumptae

Anselmi
Bandurii:
Πατριάρχης
Κωνσταντίνου
Πόλεως
ἐν Μογνέ
P. G.
t. 147.
528-529

(Anodotus)

Item Philothei Patriarchae Anathematismorum sub Constantino Porphyrogenito, et duobus aliis Imperatoribus laborum, eversio seu confutatio habetur ms. in bibliotheca Vaticana.

Hujus autem Patriarchae Sermo Encomiasticus in Treo Hierarchae graece et Latine editus fuit a Jacobo Pontano Societatis Jesu, cum Diopha Philippi Solitarii, anno Christi 1604.

Hujus item Homiliam de Cruce graece et Latine edidit Jacobus Gretserus tom. ii operis "De Cruce".

Vide quae de aliis ejusdem Patriarchae Philothei scriptis tam editis quam ineditis habent Possevinus, Udinus et reliqui scriptores.

Ceterum de Philotheo Patriarchae pleraque perhonorifice scripta reperiuntur apud Cantacugenum; cui quidem habere nulla fides adhibenda est.



AKAΔHMIA

ΜΗΤΡΕΑ

ΒΟΜΒΕ